



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

De Praefectis Ecclesiarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

De Praefectis Ecclesiasticis.

Ante Synodi actionem an debita præparatio.

An quinta quaque feria per mensem ante statam Synodi diem in Missa oratio de Spiritu sancto præsertim in quadragesima.

An Missa de Spiritu sancto post quadragesimam eadem feria post Octauam Pasche. Reliqua ut titulo de parochis, & tit. Communia Cleri.

In Clero Diocesano.

Vbi singuli in urbe huius Synodi tempore diuersentur.

An in diuersorio clericorum.

An in hospitijs attributis.

An vlli in cauponis.

An in eisdem frugalitatem, disciplinamq; clericalem seruent, ac præsertim silentium, & lectionem in mensa.

Reliqua ut mox infra, tit. Communia Cleri.

Communia Cleri, quæ in singulis tamen Præfecti videant.

An togam talarem: an collo annexam.

An vestem interiorem talari breuiorē.

An vestes sordidas nimis.

An colore nigro.

An exquisitas.

An cingulum coriaceum: an militare: an instar retis.

An caligas turgidas: an nauticas: an vettito colore.

An collarium simplex, sineque vlo ornameuto.

An redimiculum, subiretum ve.

An sudariolum cingulo appensum.

An superpelliceū ad formā præscriptā.

An idem nimis sordidum.

An supra vestem exteriorem.

An laceratum.

An aliqua ex parte indecens.

An decenter indutum.

An elaboratum nimis: an ornato nimis artificio in humeris.

An tonsuram patentem & latam ad præscriptam formā pro ratione ordinis.

An comam nutriant.

An barbam rasam, aut ad cutem vsque pilis præcis, præsertim superiori labore An breviarium cum signaculis habeant: an Calendarium item huius anni; quæ omnia ostendant.

Hæc autem quæ sequntur, generatim, prout temporis ratio tulérit, ordoq; ecclesiasticarum personarum postulabit. Quæ vita ratio, consuetudo, seu conuer-

satio. Quæ studia.

Quæ exercitationes orationis, præser-

tim mentalis.

Quæ peritia, vsusq; diuini officii recte-

o pieq; recitandi.

Quæ item peritia sacerdotum in Missa

ritè celebranda.

De canonicis hec præsertim.

De eorum residentia.

De Canonicalium ædium habitatione,

De disciplina domestica canonicali.

De canonicalis suævitæ institutione.

De chori disciplina.

De psallendi peritia; & vfr.

De modo celebrandi capitula.

De reliqua omni tractatione capitulari

An capitulariter chorum ingrediantur,

& sono campanæ ad hoc præmisso.

An Martyrologium in choro legatur.

De clavis ædium canonicalium.

De officio Punctatorum.

Reliqua ut supra tit. Communia Cleri.

De Theologis.

Quoties legant in mense, quibus diebus.

Quos auditores habeant.

An omnes qui adscripti sunt, ad eum accedant: an præscripta seruent.

Quam rationem in adiuuandis & exci-

tandis cleri studijs teneant.

Reliqua, ut supra, Communia Cleri.

De Punctatoribus.

Punctatores, an errata notarint ad præscriptum tabellæ.

An punctuationum librum certum ha-

beant: anve illius indicem.

An aliquid habeant, quod scripto non notarint, velint tamen pro munere suo coram exponere, & referre.

Reli-